

præsides earum, præsente eis tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, actis intervenientibus, tactis sacrosanctis Scripturis, de promal, omnia se recte et cum utilitate furioso gerere, neque vretermittere, quæ utilia esse furioso putaverit, neque admittere ea, quæ non utilia furioso esse existimaverit: et, inventario<sup>45</sup> cum omni subtilitate publice conscripto, res suscipiat, et secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem<sup>46</sup> tularum et curatorum adulti. Sin autem testamentum quicunque parens non conficeret, lex autem curatorem, utpote agnatum, vocaverit: vel, eo cesseante, aut, non idoneo forsitan existente, ex judiciali dictione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc scilicet et in provinciis apud præsides cuiuscunq; province, et virum religiosissimum episcopum civitatis, necnon tres primates creatio procedat: ita ut, si quidem curator substantiam idoneam possidet, et sufficiens ad fidem gubernationis, sine aliqua satisfactione creatio procedat. Sin autem non talis census ejus inveniatur; tunc et fidejussio in quantum possibile est, ab eo exploretur: creatione omnino, sacrosanctis Scripturis propositis, in omni causa, celebranda: ipso autem curatore, cuiuscunq; substantia vel dignitas sit, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis prestante, et inventariu publice conscribente: et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res possint furiosi undique utiliter gubernari. — Dat. kal. septemb. *Constantin. LAMP. et ORESTE VV. CC. CONSS. 550.*

**28. Idem, A. Juliano P. P.**

Tam dementis, quam furiosi liberi, cuiuscunq; sexus, possunt legittimas contrahere nuptias: tam dote, quam ante nuptias donatione a curatore corum prestanta<sup>47</sup>: estimatione tamen in hac quidem regia urbe excellentissimi prefecti urbi, in provinciis autem virorum clarissimorum earum presidium vel locorum antistitutum, tam opinione personæ, quam doto moderatione, et ante nuptias donationis, statuenda; præsentibus tam curatoribus dementis, quam furiosi, necnon his, qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur, vel in hac regia urbe, vel in provinciis iactura substantie furiosi, vel dementis, vel mente capti: sed gratis omnia procedant: ne tale hominum infirmitum etiam expensarum detrimento prægravetur.

In AUTHENT. ut cum de appell. cog., § si quis de prædictis parentibus furiosos, coll. 8, tit. 16, al. 12, seu Novell. 148, c. 5.

*Liberi furiosi, qui curam ejus negligunt præbere, tam exhereditatione<sup>48</sup> digni sunt, quam aliis penis legiūmis. Nam si quis alias, at testatione ad eos missa, cum adhuc negligat, in domum suam eum suscepit, et procuraverit: ex hoc erit ejus successor legiūmus, licet testatus esset etiam in liberis foris: manenib; tamen aliis testamenti capitulis. — § 1. Eadem pœna parentibus imponenda, si quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.*

**29. Idem, A. Juliano P. P.**

Sancimus, in curationibus juniorum, sive primæ, sive secundæ sint atlati, aut aliis quidam, quibus lex dat curatores, siquidem usque ad quingentos<sup>52</sup> aureos et solummodo facultates sint juniorum, non præsidum provinciarum expectare creationem, neque impensis maximis subiecti, præsidibus forte neque morantibus in uribus illis, in quibus prospici curationi contingit, sed apud civitatem illius ediculum [defensorem] aut strategum [magistratum municipalem], vel in Alexandrina civitate apud ejus juridicum<sup>53</sup>, una cum religiosissimo ejus episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum seu tutorum; fidejussore secundum mensuram facultatum dato secundum dictarum personarum iudicium: et aliis omnibus procedentibus quæcumque super tutorum vel curatorum fidejussione et secundum modum facultatum consueta sunt: sola personarum transmutatione, per quas hanc propter minorum utilitatem a presenti sanctione inducta: omnibus videlicet his sub sola duorum nomismatum [id est, solidorum] datione conficiendis, presertim cum hac maxime de causa hæc positæ est constitutio, pena imminentia, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constitueri tutelam seu curationem spe majoris lucri: et eo non solum triplum redditio omne, quidquid accepit, sed etiam ab ipsa sollicitudine et administratione removendo. Cum autem factæ fuerint tutorum et curatorum creationes, presente etiam religiosissimo civitatis episcopo, in ipsis sanctissimis ecclesiæ archis deponi gesta sancimus: ut sit perpetua rei memoria, et non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quæstus cautele. His, quæ in magna hac civitate fiunt, tutelis aut curatoribus accusando discedat: si vero se ladi existimaverit, provocet illius præfectorum beatiss. patriarcham, atque iis, quæ ipse judicaverit, omnino parat: perinde ac si eum ab initio iudicem esset consuetus: nam contra horum antistitutum sententias non esse locum appellacioni a majoribus nostris constitutum est. Hoc idem servandum est, si episcopus ab aliquo laico, sive ab aliquo clero, sive ab altero religiosissimo episcopo accusatus sit. Nam ut statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur; et ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus: præterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa illius regionis religiosissimo episcopo commissa fuerit: quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos patriarchas deferre accusationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, ut antea a nobis dictum est. — § 1. Non vero ei licet facere, ut descendant in provincias venerabiles clerici, et immodicas sportulas, dum accusantur, inferant, quæ in re huicque peccatum esse cognovimus. Neque enim in singulis reorum personas plus sexta aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis, qui a sanctiss. patriarchis ac metropolitani mittuntur.

**31. Idem, A. Joanni P. P.**

Sancimus<sup>54</sup>, ut si quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias destinet et desideret dominus rei, vel creditori suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente adversario suo, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, et neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, [r]andem rem auctoritate sua usurpare: licentia ei detinatur ad præsidem provincie, libellumque ei porrigit, et haec in querimoniam deducere, et intra constituta tempora interruptionem facere: sin autem nullo poterit modo præsidem adire: saltem ad<sup>55</sup> episcopum locorum eat, et suam manifestare voluntatem in scriptis depropteret. — Dat. *Constantin. kal. octob. post CONSS. LAMPIDI et ORESTI VV. CC. CONSS. 551.*

**32. Idem, A.**

Differenti domino recipere emphytuma, licentiam habet emphytuma sportula. — 50. *Immo vide 24. Inst. de actione: L. 2, infr. de jure emphyt. — 51. L. 25, supr. de episcop. et cler. — 52. 25, 6. Inst. de Attiliano tut. — 53. L. 2, D. de off. juridici. — 54. L. 2, infr. de amuli except. — 55. L. 21, supr.; L. 32, infr. h. t.*

tur: aut, si episcopus missus est, sex tantum aurei ex quaunque quantitate ac causa, neque amplius præbeat. Hoc in metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accusatio contra episcopum, qui sub eo sit, aut ejus provincia clericum defertur. Nam si in civilibus judiciis moderari sportularum<sup>49</sup>, et sumptuum modum curavimus, eaque ex lege præstari voluntus; multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum servari sanctum. — § 2. Enimvero, si remissa causa ad sanctissimum patriarcham, aut ad aliquem ex religiosissimis metropolitanis, aut ad alium Dei amantissimum episcopum sententia latet, que alicui parti dispiceat, ac provocet: ad archiepiscopalem hanc sedem referatur appellatio, in qua (ut adhuc servatum est) lis cognoscatur. — § 3. Si vero quis ausus fuerit adversus hec quicquam tentare; is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto<sup>50</sup> ei, qui negotium passus est, præstabat, siueque ecclesiastica multæ subjectus apud sanctissimum patriarcham, aut religiosissimum metropolitanum, qui tunc erit ecclesiastico numero ejiciendus. — § 4. Has autem actiones, siquidem ad ecclesiastica negotia pertinent, necesse fore jubemus, ut a solis religiosissimis episcopis aut metropolitanis, aut a sacris synodis, ut a sanctissimis patriarchis cognoscantur: si vero civilium rerum controversia sit, volentes<sup>51</sup> questionem apud antistites instituere, patiemur, invitatos tamen cum cognovimus: cum iure metropolitanus civilia sint, si ea adire malint, apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere. — § 5. Quoniam vero quidam sunt sanctissimi patriarchæ, qui in provinciis, in quibus existunt, metropolitanum officium gerunt: alii per totam diœcesim, episcoporum metropolitanorum, atque aliorum qui sub eis sunt, ordinationes faciunt: ea de causa illud observari sancimus, quod de metropolitanis ante disposuitum: is enim iure metropolitanus vocatur, qui in episcopos minores ex sacris regulis eam potestatem habet. — Dat. 15 kal. nov. *CP. LAMP. CONS. 550.*

**30. Idem, A. Joanni P. P.**

Sancimus, in curationibus juniorum, sive primæ, sive secundæ sint atlati, aut aliis quidam, quibus lex dat curatores, siquidem usque ad quingentos<sup>52</sup> aureos et solummodo facultates sint juniorum, non præsidum provinciarum expectare creationem, neque impensis maximis subiecti, præsidibus forte neque morantibus in uribus illis, in quibus prospici curationi contingit, sed apud civitatem illius ediculum [defensorem] aut strategum [magistratum municipalem], vel in Alexandrina civitate apud ejus juridicum<sup>53</sup>, una cum religiosissimo ejus episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum seu tutorum; fidejussore secundum mensuram facultatum dato secundum dictarum personarum iudicium: et aliis omnibus procedentibus quæcumque super tutorum vel curatorum fidejussione et secundum modum facultatum consueta sunt: sola personarum transmutatione, per quas hanc propter minorum utilitatem a presenti sanctione inducta: omnibus videlicet his sub sola duorum nomismatum [id est, solidorum] datione conficiendis, presertim cum hac maxime de causa hæc positæ est constitutio, pena imminentia, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constitueri tutelam seu curationem spe majoris lucri: et eo non solum triplum redditio omne, quidquid accepit, sed etiam ab ipsa sollicitudine et administratione removendo. Cum autem factæ fuerint tutorum et curatorum creationes, presente etiam religiosissimo civitatis episcopo, in ipsis sanctissimis ecclesiæ archis deponi gesta sancimus: ut sit perpetua rei memoria, et non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quæstus cautele. His, quæ in magna hac civitate fiunt, tutelis aut curatoribus accusando discedat: si vero se ladi existimaverit, provocet illius præfectorum beatiss. patriarcham, atque iis, quæ ipse judicaverit, omnino parat: perinde ac si eum ab initio iudicem esset consuetus: nam contra horum antistitutum sententias non esse locum appellacioni a majoribus nostris constitutum est. Hoc idem servandum est, si episcopus ab aliquo laico, sive ab aliquo clero, sive ab altero religiosissimo episcopo accusatus sit. Nam ut statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur; et ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus: præterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa illius regionis religiosissimo episcopo commissa fuerit: quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos patriarchas deferre accusationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, ut antea a nobis dictum est. — § 1. Non vero ei licet facere, ut descendant in provincias venerabiles clerici, et immodicas sportulas, dum accusantur, inferant, quæ in re huicque peccatum esse cognovimus. Neque enim in singulis reorum personas plus sexta aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis, qui a sanctiss. patriarchis ac metropolitani mittuntur.

**31. Idem, A. Joanni P. P.**

Sancimus<sup>54</sup>, ut si quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias destinet et desideret dominus rei, vel creditori suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente adversario suo, qui rem detinet, vel infantia, vel furore laborante, et neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, [r]andem rem auctoritate sua usurpare: licentia ei detinatur ad præsidem provincie, libellumque ei porrigit, et haec in querimoniam deducere, et intra constituta tempora interruptionem facere: sin autem nullo poterit modo præsidem adire: saltem ad<sup>55</sup> episcopum locorum eat, et suam manifestare voluntatem in scriptis depropteret. — Dat. *Constantin. kal. octob. post CONSS. LAMPIDI et ORESTI VV. CC. CONSS. 551.*

**32. Idem, A.**

Differenti domino recipere emphytuma, licentiam habet emphytuma sportula. — 50. *Immo vide 24. Inst. de actione: L. 2, infr. de jure emphyt. — 51. L. 25, supr. de episcop. et cler. — 52. 25, 6. Inst. de Attiliano tut. — 53. L. 2, D. de off. juridici. — 54. L. 2, infr. de amuli except. — 55. L. 21, supr.; L. 32, infr. h. t.*

consignare<sup>56</sup> ipsum, et Constantinopolis quidem in fine triennii contestari idipsum apud hyparchos [seu præfectos prætorio] aut apud præfectum urbis, aut competentem recusantis magistratum, aut patriarcham, si dominus homo sit potens: in provinciis autem apud præsidem, aut, eo non morante ibi, apud defensorum, aut episcopum<sup>57</sup> civitatis, in qua est qui recusat: et unius ipsorum assumere testationem: ad nisi aut sic acceperit canonem, canon solvit, et lucrat canonem emphyteuta etiam sequentis temporis: et eosque quo dominus mittat per testationem petum: exinde non autem ex præterito tempore accipiet, et post triennium<sup>58</sup> post attestationem ejusmodi inde votum emphyteutam expellere poterit.

**33. Idem, A. Ubique terrarum constitutis Episcopis.**

Sacram fecimus constitutionem<sup>59</sup>, nemini permittentes, neque invitan mulierem ancillam, aut liberam in scenam, aut orchestram pertrahere: neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejussores quasi super hoc ipso certum auri modum promissum repetendo: sed si quid tale factum fuerit prohiberi hæc et clarissimis provinciarum præsidibus, et a civitatibus religiosissimis episcopis constitutimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimis provinciæ præside, etiam invitatos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui mutari, seu converti ab ea actione prohibuerint: et publicam quidem fieri eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a predicta actione conversionem seu resipiscientem prohibuerit: damus licentiam, et solos religiosissimos episcopos adire eam, quæ talia factum fuerit prohiberi hæc et clarissimis provinciarum præsidibus, et a civitatibus religiosissimis episcopis constitutimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimis provinciæ præside, etiam invitatos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui mutari, seu converti ab ea actione prohibuerint: et publicam quidem fieri eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a predicta actione conversionem seu resipiscientem prohibuerit: damus licentiam, et solos religiosissimos episcopos adire eam, quæ talia factum etiam inquire oportet, nec participare indecentem oportebat, tamen propter humanitatem indulgemus, presentis legis observatiōnem omnibus in posterum injungentes tempus. Decet enim ipsos jejunis et<sup>60</sup> vigilis, et meditationibus, seu exercitationibus in divinis oraculis, et pro omnium salute fundendis vacare precibus: at eos, qui talia non reliquerint, nec cessaverint, omnino polluta et prohibita contrectare. Idem enim etiam sancimus, et in reliquo clericos, (subdiaconos nepte, et lectores:) quando et ipsi saec. mense, et omnis circa sanctissimas ecclesias ornatus constituti sunt ministri et operari, et sacra concretae eloqua: dum sacras nobis ex sacris nostris Bibiliis illi quidem legunt Scripturas, hi vero hymnos et odes canunt.

§ 4. Si vero quis de cetero tale quid faciens deprehensus fuerit, et delatus fuerit id vel in hac felici civitate tue sanctitati, vel provinciis sub ipsa positis, Deo amantissimis metropolitis et ceteris episcopis, quorum ordinationem tue beatitudinis facit thronus, et talis quedam super eis inquirere accusatio, aut diaconi, aut presbytero, et multo magis episcoporum congregantes, quæ ad ipsam pertinent, expositione latiore sancta etiam eadem divinam constitutionem fecimus ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam, et continentia studiosi, hæc custodiatis: tam magni Dei metum, quam imperiale indignationem, si quid horum prætermisit, considerantes. — Dat. kal. novemb. *CP. DN. JUSTIN. 4 et PAULINO CONSS. 554.*

**34. Idem, A. Epiphanio sanctissimo archiepiscopo hujus felicissimæ urbis, et universali patriarchæ.**

Certissime credimus, quia sacerdotum puritas, et decus, et ad dominum Deum et salvatorem nostrum Jesum Christum fervor, et ab ipsis missa perpetua preces, multum favorem nostræ reipublicæ et incrementum præbent, per quas datur nobis, et Barbaros subjugare, et in dominium reddigere illos, quæ antea non obtinuimus: et<sup>61</sup> quanto plus rebus illorum accedit honestatis et decoris, tanto magis, et nostram rem augeri credimus. Si enim hi præterulerint vitam honestam, et undique irreprehensibilem, et reliquum populum instruxerint, ut is ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstineat, planum est, quod inde et anima omnibus meliores erunt, et facile nobis tribueret a maximo Deo, et salvatorem nostro Jesu Christo clementia conveniens. — § 1. Hæc igitur nobis speculantibus nunciatio est, præter communem rerum fidem, quosdam ex reverendissimis diaconis, itemque presbyteris, (nam eo amplius etiam dicere erubescimus, Deo amantissimis, nempe episcopos) quosdam, inquit, ex his non verentur, alii quidem per seipsos cubos<sup>62</sup>, seu tesseras contrectare, et adeo pudendum atque ipsis etiam idiotis a nobis frequentius interdictum spectaculum participare: alii vero talen ludum non accusant, sed vel communicant facientibus, aut sedent spectatoribus actus indecori: et spectant quidem cum avitatem omnimoda res omnium rerum importunissimas: sermones vero audiunt blasphemos<sup>63</sup>, quos in talibus usus, et alias etiam aspernatus eam rem, et manifeste ab adversario dialolo mente inescutus, ipsum quidem sacerdos, sub quo degit, sacrissimam catalogis, omnino eum deponens: ille autem non amplius illo modo licentiam habeat ad sacerdotalem venire gradum: sed si quidem habeat facultates, civitatis illius curiam, in qua consecratus est primum, aut si

56. Add. L. 7, in fin. infr. de pact. inter empt.; L. 2, infr. de jure emphyt. — 57. L. 21, L. 21, supr. b. t. — 58. L. 2, vera. fin. autem. infr. de jure emphyt. — 59. L. 12, L. 14, supr. h. t. L. 2, infr. de amuli except. — 60. Add. N. 117, c. 6; abrig. L. 7, in fin. infr. de inceptis; L. 1, 1, 2; L. 4, D. de cur. furios. — 61. L. 33, c. 5, supr. de episcop. et cler. tot. tit. infr. de

57. Arg. L. 7, 2, 1. D. de gnos. i. L. 2, D. de jure dot. add. præ. Inst. de nupt.; L. 9, 10, D. de nupt. — 58. L. 2, 1, 2. D. de jure dot. — 59. L. 12, L. 14, supr. h. t. L. 2, infr. de amuli except. — 60. Add. N. 117, c. 6; abrig. L. 7, in fin. infr. de inceptis; L. 1, 1, 2; L. 4, D. de cur. furios. — 61. L. 33, c. 5, supr. de episcop. et cler. tot. tit. infr. de

non habeat curiam ea civitas, alia curia provinciae, quae maxime indiget curiali accipiet illum in posterum curiae cum suis facultatibus servitum: si vero facultates non habet, officialis in posterum fiat provincialis officii pro eo, quod ante fuit saceratus, et eam ob rem quod Dei officium dereliquit, erit officialis, provincialis, hanc sibi turpitudinem pro pristino honore imponens.

§ 3. Hec igitur omnia sancimus in hac quidem felici civitate tuam custodire sanctitatem, et singularum ecclesiarum defensores et economos quibus cura erit hac inquirere, et denunciare, et convulos privare data, a sanctis ecclesiis annoz ergo: in provinciis autem, qui sub tua ordinati sunt beatitudine, Deo amantissimi metropolite; ad haec etiam, qui illis subsint religiosissimi episcopis, et eorum ecclesie dicci et economi et ipsi ad eundem modum qui predictus est, re utentes, et sacram venerationem undique irreprehensibilem et inculpabilem custodientes, conservabunt quidem ista: ut et glorioissimi sacrorum nostrorum pratoriorum praefecti (dicimus autem Orientis cum subditis gentibus eorum jurisdictioni, item Illyrici, atque etiam Aforum praeminentibus diocesi) et parentia eis officia et clarissimi provinciarum praesides et civitatum defensores: ipsi quidem, qui maximos magistratus gerunt indignationem nostram subverentes, officia autem non obsecrantes — § 4. Ad hoc intercedatur his omnibus, ad litanias facientes nocte, vel die prophanis coire conventibus, statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tue: vel [ praesidale, quinquaginta] si quid hujusmodi fieri vel in publico, vel in privatis aedibus concedatur. — Dat. 3 non. Augusti Mediolanii, AUSONIO et OLYBIO CONSS. 572.

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Clearcho prefecto urbi.

Cuncti haeretici proculdubio noverint omnia sibi loca<sup>9</sup> admenda esse: sub ecclesiariis nomine tenentur, sive diaconica appellantur, vel etiam decanica: sive in privatis aedibus, vel locis hujusmodi ceteribus copiam prabere videantur: his aedibus, vel locis privatis, ecclesia catholica vindicandis. — § 1. Ad hoc intercedatur his omnibus, ad litanias facientes nocte, vel die prophanis coire conventibus, statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tue: vel [ praesidale, quinquaginta] si quid hujusmodi fieri vel in publico, vel in privatis aedibus concedatur. — Dat. 3 non. Martii ARACIO 4 et HONORIO 3 AA. CONSS. 596.

4. Idem, et THEOD. AAA. ad senatorem P. urb.

Manicheas seu Manicheas vel Donatistas meritissima severitate persequimur. Huius itaque hominum generi nihil ex moribus: nihil ex legibus commune sit cum ceteris. — § 1. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen: quia quod in religionem divinam committitur in omnium fertur injuriam: quos honorum etiam [ omnium ] publicatione<sup>10</sup> persequimur. — § 2. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quelibet titulo veniente. — § 3. Praterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrabendi cuiquam convictio relinquitur. — § 4. In mortem quoque inquisitio extendatur: nam si in criminiibus majestatis<sup>11</sup> licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire tale judicium. — § 5. Ergo et supra illius scriptura irrita sit: sive testamento, sive codicillo, sive epistola<sup>12</sup>: sive quelibet alio genere reliquerit voluntatem, qui Manicheas fuisse convincitur. — § 6. Sed nec filios heredes ei existere, aut adire permitimus, nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam ponentibus<sup>13</sup> damus. — § 7. In eos etiam auctoritas nostra aculei dirigantur, qui eorum dominibus suis damnanda provisio defendunt. — § 8. Servos insuper extra noxam esse volumus: si dominum sacrilegum evitantes, ad ecclesiam catholicam servitio<sup>14</sup> fideliter transierint. — Dat. 8 kal. Mart. Romae, HONORIO 7 et THEODOSIO 2 AA. CONSS. 407.

Nova constitutio FRIDERICI imperatoris de statu et consuet., § si vero dominus, collat. 10, constitut. fin.

*Si vero dominus temporalis requisitus et admonitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminata hereticis absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent: salvo jure domini principalis dummodo super hoc nullum praestet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lego observata contra eos, qui non habent domos principales.*

Nova constitutio FRIDERICI imp. de statu et consuet., § credentes, collat. 10, const. fin.

*Credentes præterea receptatores, defensores et fautores haereticorum damnamus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso jure sui infamis, ne ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur, neque ad testimonium admittatur. Si etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quicunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit: ejus sententia nullam obtineat firmatam, nec cause aliqua ad ejus audientiam perferatur. Si vero fuerit advocatus: ejus pavocinatum nullatenus admittatur. Si tabellio: instrumentum per ipsum*

1. Imp. CONSTANTIN. [ CONSTANTIUS et CONSTANS ] ad Dracilianum [ praefect. urbi.]

Privilegia<sup>3</sup>, quæ contemplatione religionis induita sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. Haereticos non solum ab his privilegiis alienos esse volumus, sed etiam diversis munieribus constringi et subjici<sup>4</sup>: P. P. calend. septemb. Generatio, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO CONSS. 526.

In AUTHENT. de privilegi. dot. ha mul., § quia enim dedimus, coll. 8, tit. 10, al. 3, seu Novell. 419, cap. 1.

*Item privilegium<sup>5</sup> dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, et alia omnia mulieribus a*

Trin. 24, supr. h. 1.  
Tir. V. — 1. N. 42, N. 45, N. 109, N. 152. — 2. N. 45, N. 129, N. 144. — 3. N. 109, c. 1. — 4. N. 45, prime. — 5. L. 12, infr. qui potiores. — 6. N. 109. — 7. L. 8, infr. de malef. et malum. — 8. L. 12, in pr. infr. 6.1.; N. 109, in pr. vers. haereticos. — 9. L. 2, supr. de summa

*lege data, clauduntur<sup>6</sup> his, quæ catholicam non paricipant communione.*

2. Imp. GRAT. VALENTIN. et THEOD. AAA. ad Hesperium PF. P.

Omnis vetitæ legibus divinis et imperialibus constitutionibus haereses perpetuo quiescant. Nemo ulterius conetur, quæ repererit profana præcepta vel docere, vel discere<sup>7</sup>: nec antistites corundem audeant fidem insinuare, quare non habent: nec ministros creare, qui non sunt. Nec per connivitatem judicantium, omniumque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, ejusmodi audacia negligatur, et crescat. — § 1. *Haereticorum autem vocabulo continentur, et latiss aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui<sup>8</sup> vel levi argumento [a] judicio catholicæ religionis, et tramite detrecti fuerint deviare. — Dat. 5 non. August. Mediolani, AUSONIO et OLYBIO CONSS. 572.*

3. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Clearcho prefecto urbi.

Cuncti haeretici proculdubio noverint omnia sibi loca<sup>9</sup> admenda esse: sub ecclesiariis nomine tenentur, sive diaconica appellantur, vel etiam decanica: sive in privatis aedibus, vel locis hujusmodi ceteribus copiam prabere videantur: his aedibus, vel locis privatis, ecclesia catholica vindicandis. — § 1. Ad hoc intercedatur his omnibus, ad litanias facientes nocte, vel die prophanis coire conventibus, statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tue: vel [ praesidale, quinquaginta] si quid hujusmodi fieri vel in publico, vel in privatis aedibus concedatur. — Dat. 3 non. Martii ARACIO 4 et HONORIO 3 AA. CONSS. 596.

4. Idem, et THEOD. AAA. ad senatorem P. urb.

Manicheas seu Manicheas vel Donatistas meritissima severitate persequimur. Huius itaque hominum generi nihil ex moribus: nihil ex legibus commune sit cum ceteris. — § 1. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen: quia quod in religionem divinam committitur in omnium fertur injuriam: quos honorum etiam [ omnium ] publicatione<sup>10</sup> persequimur. — § 2. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quelibet titulo veniente. — § 3. Praterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrabendi cuiquam convictio relinquitur. — § 4. In mortem quoque inquisitio extendatur: nam si in criminiibus majestatis<sup>11</sup> licet memoriam accusare defuncti, non immerito et hic debet subire tale judicium. — § 5. Ergo et supra illius scriptura irrita sit: sive testamento, sive codicillo, sive epistola<sup>12</sup>: sive quelibet alio genere reliquerit voluntatem, qui Manicheas fuisse convincitur. — § 6. Sed nec filios heredes ei existere, aut adire permitimus, nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam ponentibus<sup>13</sup> damus. — § 7. In eos etiam auctoritas nostra aculei dirigantur, qui eorum dominibus suis damnanda provisio defendunt. — § 8. Servos insuper extra noxam esse volumus: si dominum sacrilegum evitantes, ad ecclesiam catholicam servitio<sup>14</sup> fideliter transierint. — Dat. 8 kal. Mart. Romae, HONORIO 7 et THEODOSIO 2 AA. CONSS. 407.

Nova constitutio FRIDERICI imperatoris de statu et consuet., § si vero dominus, collat. 10, constitut. fin.

*Si vero dominus temporalis requisitus et admonitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminata hereticis absque ulla contradictione possideant, et in fidei puritate conservent: salvo jure domini principalis dummodo super hoc nullum praestet obstaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilominus lego observata contra eos, qui non habent domos principales.*

TIT. V.

### DE HAERETICIS<sup>1</sup> ET MANICHEIS ET SAMARITIS<sup>2</sup>.

1. Imp. CONSTANTIN. [ CONSTANTIUS et CONSTANS ] ad Dracilianum [ praefect. urbi.]

Privilegia<sup>3</sup>, quæ contemplatione religionis induita sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. Haereticos non solum ab his privilegiis alienos esse volumus, sed etiam diversis munieribus constringi et subjici<sup>4</sup>: P. P. calend. septemb. Generatio, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO CONSS. 526.

In AUTHENT. de privilegi. dot. ha mul., § quia enim dedimus, coll. 8, tit. 10, al. 3, seu Novell. 419, cap. 1.

*Item privilegium<sup>5</sup> dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, nec non de tacitis hypothecis, et alia omnia mulieribus a*

*de Caducis tollendis. pag. 432. lib. 6. tit. 51.*

*de Calumniatoribus. 620. \* 9. 46.*

*de Canone frumentario Urbis Romæ. 684. \* 11. 22.*

*— largitionalium titulor. 641. \* 10. 25.*

*de Capiendis et distrahendis pignoribus. 640. \* 10. 21*

*de Capitacione civium. 698. \* 11. 48.*

*de Carboniano Edicto. 577. \* 6. 47.*

*de Castrensis et ministerianis. 731. \* 12. 26.*

*de Castrensi omnium Palatin. peculio. 737. \* 12. 31.*

*— peculio milit. et Praefect. 743. \* 12. 37.*

*de Censibus et Censitoribus. 701. \* 11. 87.*

*de Classicis. 682. \* 11. 12.*

*de Codicillis. 411. \* 6. 36.*

*de Cohortalibus, Principibus. 789. \* 12. 58.*

*de Collationibus. 378. \* 6. 20.*

*de Collatione aeris. 645. \* 10. 29.*

*— donatorum. 644. \* 10. 28.*

*— fundorum fiscalium. 713. \* 11. 73.*

*— fundorum patrimonial. 708. \* 11. 64.*

*de Collegiatis et chartopratibus. 683. \* 11. 17.*

*de Collusione detegenda. 473. \* 7. 20.*

*de Colonis Illyricianis. 699. \* 11. 52.*

*— Palæstinis. 699. \* 11. 50.*

*— Thracibus. 699. \* 11. 51.*

*de Comitibus Consistorianis. 721. \* 12. 10.*

*— et Architris. 722. \* 12. 13.*

*— et Tribunis scholarum. 721. \* 12. 11.*

*— qui Provincias regunt. 722. \* 12. 14.*

*— rei militaris. 721. \* 12. 12.*

*de Commeatu. 750. \* 12. 43.*

*de Commerciis et mercatoribus. 278. \* 4. 63.*

*Cominationes, Epistolæ, Programm. 500. \* 7. 8*

*de Commodato. 234. \* 4. 23.*

*Communia de legatis et fideicommissis. 425. \* 6. 43.*

*— de manumissionibus. 466. \* 7. 18.*

*— de successionibus. 444. \* 6. 39.*

*— de usucaptionibus. 477. \* 7. 30.*

*— utriusque judicij. 202. \* 3. 38.*

*Communi dividendo. 201. \* 3. 37.*

*de Communi servo manusso. 460. \* 7. 7.*

*de Communium rerum alienatione. 208. \* 4. 82.*

*de Compensationibus. 247. \* 4. 31.*

*de Concubinis. 523. \* 5. 26.*

*de Condictione ex lege. 217. \* 4. 9.*

*— furtiva. 216. \* 4. 8.*

*— indebiti. 213. \* 4. 5.*

*— ob causam datorum. 215. \* 4. 6.*

*— ob turpem causam. 216. \* 4. 7.*

*de Conductoribus et procur. 713. \* 11. 71.*

*de Consulibus et nou spargendis. 717. \* 12. 3.*

*de Cupressis ex loco d*

## C

- de Caducis tollendis. pag. 432. lib. 6. tit. 51.  
 de Calumpiatoribus. 620. \* 9. 46.  
 de Canone frumentario Urbis Romæ. 684. \* 11. 22.  
 — largitionalium titulor. 641. \* 10. 23.  
 de Capiendis et distrahendis pignoribus. 640. \* 10. 21.  
 de Capitacione civium. 688. \* 11. 48.  
 de Carboniano Edicto. 377. \* 6. 17.  
 de Castrenianis et ministerianis. 731. \* 12. 26.  
 de Castreni omnium Palatin. peculio. 737. \* 12. 31.  
 — peculio milit. et Praefect. 743. \* 12. 37.  
 de Censibus et Censitoribus. 701. \* 11. 57.  
 de Classicis. 682. \* 11. 12.  
 de Codicillis. 411. \* 6. 56.  
 de Cohortalibus, Principibus. 759. \* 12. 58.  
 de Collationibus. 378. \* 6. 20.  
 de Collatione ariis. 648. \* 10. 29.  
 — donatorum. 644. \* 10. 28.  
 — fundorum fiscalium. 715. \* 11. 73.  
 — fundorum patrimonial. 708. \* 11. 64.  
 de Collegiatis et chartopratris. 685. \* 11. 17.  
 de Collusione detegenda. 475. \* 7. 20.  
 de Colonis Illyricanis. 699. \* 11. 52.  
 — Palæstinis. 699. \* 11. 50.  
 — Thracenisbus. 699. \* 11. 51.  
 de Comitibus Consistorianis. 721. \* 12. 10.  
 — et Architatis. 722. \* 12. 13.  
 — et Tribunis scholarum. 721. \* 12. 11.  
 — qui Provincias regunt. 722. \* 12. 11.  
 — rei militaris. 721. \* 12. 12.  
 de Commeatu. 750. \* 12. 43.  
 de Commerceis et mercatoribus. 278. \* 4. 63.  
 Cominationes, Epistolas, Programm. 800. \* 7. 8  
 de Commodato. 234. \* 4. 23.  
 Communia de legatis et fideicommissariis. 423. \* 6. 43.  
 — de manumissionibus. 466. \* 7. 18.  
 — de successionibus. 444. \* 6. 59.  
 — de usucaptionibus. 477. \* 7. 30.  
 — utriusque iudicio. 202. \* 5. 58.  
 Communi dividendo. 201. \* 5. 57.  
 de Communi servo manumisso. 460. \* 7. 7.  
 de Communium rerum alienatione. 268. \* 4. 82.  
 de Compensationibus. 247. \* 4. 31.  
 de Concubinis. 323. \* 5. 26.  
 de Condictione ex legi. 217. \* 4. 9.  
 — furtiva. 216. \* 4. 8.  
 — indebiti. 215. \* 4. 5.  
 — ob causam datorum. 215. \* 4. 6.  
 — ob turpem causam. 216. \* 4. 7.  
 de Conductoribus et procur. 715. \* 11. 71.  
 de Consulibus et non spargendis. 717. \* 12. 5.  
 de Cupressis ex luce daphnensi. 714. \* 11. 77.  
 de Curiosis et stationariis. 731. \* 12. 23.  
 de Cursu publico et angariis. 735. \* 12. 51.

confecta nullius penitus momenti censeantur. Ne haeretici in loco romano conveniendi morandive facultatem habeant. De Manicheis pellendis, et ultimo supplicio tradendis. Confirmatio legum contra haereticos latarum. De donationibus. De ultimis voluntatibus. De adficiis. De procuratore. De auxilio civili, militari, curiarum, defensorum, judicium. De militia, et variis paenit. De beneficio adversus leges imperato.

## 5. Imp. THEOD. et VALENTINIANUS G. Florentio P. P.

Ariani, et Macedoniani Pneumatomachi, Apollinariani, Novatiani, seu Sebastiani, Eunomiani, Tetradiæ, seu Tessaressædecadæ, Valentini, Pauliani, Papianiste, Montaniste, seu Priscillianiste, vel Phryges, vel Pepuzitæ, Marcionista, Borborite, Messaliani, Euchitæ, sive Enthousiastæ<sup>15</sup>, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogite, Batrachite, Hermogeniani, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Ophite, Encratiste, Carpocratæ, Saccophori, et qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt Manichæi, musquam in romanum locum conveniendi morandique habeant facultatem: Manicheis etiam de civitatibus pellendis, et ultimo supplicio tradendis: quoniam his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat injury. Cunctis quoque legibus quas contra eos ceterosque, qui nostræ fidei refragantur, olim diversisque temporibus latè sunt, semper viridi observantia valituri, sive de donationibus in haereticorum conventicula (qua ipsi audacter ecclesiæ nuncupare conantur) factis, sive ex ultima voluntate rebus quæliterunque relletis, sive de privatis adficiis, in qua domino permittere vel connivente convenirent, venerande nobis catholicae ecclesiæ vindicandi: sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multam, vel exilium, si sit ingenuus, subituro: metallum vero post verbera, si serviliis conditionis sit. Ita ut nec in publica convenire locum, nec adficere sibi quasi<sup>16</sup> ecclesiæ, nec ad circumscriptionem legum quicquam meditari valeant, omni civili et militari, curiarum etiam, et defensorum, et judicium sub viginti librarum auri intermissione prohibendi auxilio. Illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, que de militia paenitque variis, deque diversis haereticis promulgata: ut nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetratum. — Dat. Constantinop. 3 kalend. Jun. FELICE ET TAURO CONSS. 428.

## 6. Idem, AA. ad Leontium P. urbi.

Damno portentosa superstitionis auctore Nestorio nota congrui nominis eius inauratur gregalibus, nec christianorum appellatione abutantur<sup>17</sup>: sed quemadmodum Ariani ab Ario, lege diva memoria Constantini ob similitudinem impietatis: Porphyriam a Porphyrio nuncupantur: sic ubique particeps nefaria sectæ Nestorii, Nestoriani vocentur: ut cuius scelus sunt in deserendo Deum imitati, ejus vocabulum jure esse videantur sortiti. — § 1. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi Nestorii aduersus venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi cœtus antistitutum Ephesi habiti scriptos habere, aut legere, aut describere quisquam audeat: quos diligent studi requiri ac publice comburi<sup>18</sup> decernimus, ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicti nominis faciat mentionem: aut quibusdam eorum habendi concili gratia, in additionibus aut villa aut suburbano suo, aut quolibet alio loco conventiculum clam aut aperte præbeat: quos omnes cœtus celebrandi licentia privari statuimus. Scientibus universi, violatore hujus legis publicatione bonorum esse coercendum. — Dat. 3 kal. August. Constantinop. THEODO-  
SIO 45 et VALENTINIANO 4 AA. CONSS. 455.

## 7. Idem, AA. Florentio P. P.

Curiæ<sup>19</sup> omnium civitatum onerosis, quinetiam militiæ, seu diversis officiis facultatum et personalium munerum obligatos, suis ordinibus cujusque sectæ sint, inhærere censemus, ne videamus hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstissemus, quos voluntus hujus constitutionis auctoritate damnavi. — Dat. prid. kalend. febr. THEODO-  
SIO A. 45 et FAUSTO CONSS. 459.

## 8. Imp. VALENT. et MARTIANUS AA. Palladio P. P.

Quicunque in hac sacra urbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca diocesi, diversisque alii provinciis Eutychetus profanam perversitatem sequantur, et ita non credunt, ut trecenti decem et octo sancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicena civitate fundentes: centum quoque et quinquaginta aliæ venerabiles episcopi, qui in alma urbe Constantinopolitana postea convenerunt: et sicut<sup>20</sup> Athanasius, et Theophylax, et Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ civitatis cre-

<sup>15</sup> L. 4, supr. h. t. — <sup>16</sup> L. 5, supr.; L. 8, § 5, infr. eod. — <sup>17</sup> N. 109. — <sup>18</sup> L. 8, L. 16, in fin. infr. h. t.; L. 5, § 5, supr. de summa Trin.; L. 10, supr. de episcop. aud.; N. 42, c. 1. — <sup>19</sup> L. 12, infr. h. t.; L. 49, infr. de cur.; N. 45. — <sup>20</sup> Add. L. 1, supr. de summa Trin. —

debant, quos etiam Ephesina synodus (cui beate memoria Cyrilus præfuit, in qua Nestorii error expulsus est) in universis secula est, quos et nuper venerabilis Chalcedonensis synodus est secula, prioribus concilis sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens, nihilque adimis sacro-santo symbolo, neque adiiciens, sed Eutychetus dogmata funesta condemnans: sciunt se esse haereticos [Apollinaristas:] Apollinaris enim facinorissimum sectam Eutyches et Diocorus<sup>21</sup> mente sacrilega sunt seculi.

— § 1. Ideo hi homines, qui Apollinaris vel Eutychetus perversitatem sequuntur, illis paenit, quæ divorum retro principum constitutionibus sequentur, vel scrinatio nostra postmodum sanctiones contra Eutychianistas, vel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decretæ sunt, noverint se esse plectendos. — § 2. Idcirco Apollinaristas, hoc est, Eutychianistas (quibus etsi est in appellatione diversitas, tamen est in heres pravitate conjunctio), et dispar quidem nomen, sed idem sacram legum sive in hac alma urbe, diversisque provinciis, sive in Alexandria civitate, sive intra Ægyptiacam diocesem sunt [et] neque ita credunt, ut predicti venerabiles patres credebat, neque viro reverendissimo Alexandrinae urbis antistiti Procerio fidem orthodoxam tenent communicant, episcopos, et presbyteros, aliosve clericos creare, et habere prohibemus: scientibus tam his Eutychianistis, et Apollinaristis, qui ausi fuerint cuiquam episcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quam his qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam exilio cum facultatum suarum amissione se subituros. — § 3. Universi præterea Apollinariste vel Eutychianistæ non ecclesiæ, non monasteria sibi construant, parasyaxes, et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant: neque ad domum vel possessiones cuiusquam neque ad monasterium vel quemcumque alterum locum operari sectæ festissimæ congregentur. Quod si fecerint, et hoc factum fuisse domino volente constituerit: post rem in examine judicis approbatam, dominum vel possessionem ejus in qua convenerint, vel monasterium ejus civitatis orthodoxæ ecclesiæ, in cuius territorio est, jubemus addic<sup>22</sup>. Si vero ignorante domino, sciente vero eo qui pensiones domus exigit, vel actore [et conductor] prædicti parasyaxes, et conventicula interdicta collegent, conductor vel procurator, sive actor, vel quicunque eos in domum vel possessionem, vel monasterium recuperint, ac passi fuerint illicitas parasyaxes conventusque celebrari, si viliis et abjectæ sint conditionis, fustibus publicis et in pœnam suam, et in aliorum coercantur exemplum: si honesta vero sint persone decem libras auri, multa nomine fisco nostro cogantur inferre.

§ 4. Nullum præterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam jubemus aspirare militiam. Et si inventi fuerint militari cingulo soluti: honestorum hominum et palati communione præiventur. Nec in aliqua nec in qua nati sunt civitate, vel vico, aut regione versentur. Si qui vero in hac alma urbi nati sunt, tam sacratissimo comitatu, quam omni per provincias metropolitanæ civitate pellantur. — § 5. Nulli insuper Eutychianiste vel Apollinariste publice vel privatum convocandi cœtus, vel circulos contrahendi, et de errore haeretico disputandi<sup>23</sup>, ac perversitatem facinorosi dogmati adserendi tribuat faculta. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem synodum licet aliquid, vel dictare, vel scribere, vel edere, atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo hujusmodi habere libros<sup>24</sup>, et sacrilega scriptorum audeat monumenta servare. Quod si qui in his criminiis fuerint deprehensi perpetua deportatione dammentur. Eos vero qui discedi studio adierint de infasta heresi disputatione, decem librarum auri, que fisco nostro inferendas sunt, jubemus subire dispendium. Ultimo<sup>25</sup> etiam supplicio coercantur, qui illicita docere tentaverint. Omnes vero hujusmodi chartæ, ac libri, qui funestum Eutychetus [sic!] et Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementa: ut facinorose perversitatis vestigia flammis combusta depareant. Eæcum namque est, ut immunitissima sacrilegia par pœna magnitudine percellat. Scientibus moderatoriis provincialium, eorumque apparitoribus, defensoribus etiam civitatum: quod si ea, que legis hujus religiosissime sanctio custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum librarum auri multam fisco [nostro] inferre cogantur: insuper etiam existimationis sue periculum sustinebunt. — Dat. Constant. id. Aug. CONSTANTIO et RUFFO CONSS. 457.

## 9. Imp. MARTIANUS.

Humanum et pium hoc arbitrii haereticos permittimus sepeliri legitimis sepulchrī. — Dat. Constantinop. id. August. CONSTANT. et RUFO CONSS. 457.

<sup>21</sup> N. 109. — <sup>22</sup> L. 15, supr. de episcop.; L. 3, supr.; L. 10, infr. h. t.; N. 151, c. 14; N. 152. — <sup>23</sup> L. 4, supr. de summa Trin. — <sup>24</sup> L. 6, § 1, supr. h. t. — <sup>25</sup> Idem videlicet L. 8, infr. dt maleficiis.